

110

RECTOR ET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI

Nter alia mala, quibus hactenus Academias quasdam Germaniæ vidimus infestari, non ultimo loco ponendum, quod studiorum gratia in easdem misis societates certas ineundo non sibi invicem duntaxat fuerint dividæ, sed etiam de gubernaculis sensim de jure Magistratum legitimum annisi fuerint. Id nimirum actum, ut Senioribus, Directoribus, Fiscalibus, pedellis, vel quocunq; tandem nomine venire potuerunt concorpores, lectis, iisq; vel fixis, vel ambulatoriis quolibet spacio vel hebdomadali, vel mensuario, vel trimestri, quin & quoties usus veniret, in album certum redactos, in primis juniores argento emungerent, conciones cogere, leges rogarent, causas cognoscerent, in fontes secundum suam quidem opinionem animadverterent, eosdem vel impositis multis pecuniariis, vel extortis, epulis corrigerent, suoque Magistratui legitimo clavum e manibus deniq; extorquerent. Cui malo accessit, quod sacro silentio hæc omnia sua texerint, nec sub infamiæ poena (unde prius extrema quæque pati, quam circumdatos sibi cancellos transilire voluerunt adscriptitii) quicquam ad Magistratum legitimum emanare passi fuerint. Principiis quidem obstandum rati nihil eorum, quæ ad evertendum hoc malum facere posse videbantur, Musæa delatorum perquirendo, libros fiscales tollendo, Seniores, Directores & fiscales ex hac Academia relegando intermisimus. Licet autem inducias simulaverit hoc malum, minus tamen fuerunt fidæ, sed brevi post recruduit, & ut mali mores herbis citius crescunt irriguis, novas radices prioribus altiores egit. Numquid abjiciendus propterea nobis fuit animus? Nullatenus: Quin potius ad conservandam boni publici nihil non tentandum, nihilque non ingrati licet & adversi subeundum nobis duximus. Quoties igitur de Nationibus, societatibus, factionibus, aut quocunq; tandem nomine congressus isti vocandi sint, & rebus inibi gestis ad nos relatum fuit, diligenti & accuratâ desuper habitâ inquisitione, ad extirpandum hoc malum nihil operæ fecimus reliquum. Damnas hujus delicti cum etiam deprehenderetur

HENRICUS KRECKEN TULSITA BORUSSUS.

Quod nimirum Senior, vel Director Polonicæ Nationis hactenus fuerit, quod collectas instituerit, quod juniores argento emungerit, quod admonitionum gradus spreverit, & novis subinde querelis locum fecerit, arresto ipsum adstrinximus. Verum immemor juramenti sui arrestum deseruit, & fugâ de iis, quorum postulatus fuit, non parum suspectum se faciens, sibi prospexit. Quare cum vel sola desertio arresti secundum statuta nostra poenam relegationis secum vehat, ne dicamus, quod albo nigro delinquentium pridem fueris insertus, TE

HEINRICUM KRECKEN

ad quadriennium ab hac Academia relegamus, ne intra præscriptum tempus pedem in hunc locum inferas, nisi poenam exasperari velis, præcipientes. Hanc ipsam enim ob causam, quod immemor juramenti sui circa currentis anni exordium propter facinus aliquod tacite relegatus ante dictum tempus sine permisso Magistratus in hunc locum reversus fuerit,

NICOLAUM FRIDERICUM MESETH CULMBACENSEM FRANCUM


Programmate hoc publico ad biennium hinc relegamus, sub exclusionis poena, ne redeat ad vomitum & justo maturius in hoc loco se conspici patiatur, ipsi præcipientes. Ob delicta delictis atrocioribus cumulata, nec nisi fugâ & ad tot citationes publicas immorigeratione satis protervâ expiata, Te qq;

MATTHÆUM ENGLICKE STARGARDIA POMERANUM

ad biennium hinc exesse jubemus, ne intra tempus tibi definitum hæc sacra nostra tangas, nisi poenas majores proprio jumento tibi velis accersere, jubentes. In hæc exempla intueantur cæteri, juniores præsertim, quos ad platearum angulos suas stationes repetere nec non prætereuntes verbis & factis laceffere percipimus. His, ut ab ejusmodi congressibus abstineant, & rerum suarum satagant, nisi notati poenas exemplares dare velint, præsentibus mandamus. P.P die VI. Aug. Anno M DC LIV.

99

31



110

RECTORET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.



mungerent,
nem animad
legitimo cla
nec sub infar



scriptitii) quæ quam ad magnatum legitimum emanare pati fuerint. Principis quidem obitandum rati nihil eorum, quæ ad evertendum hoc malum facere posse videbantur, Musæa delatorum perquirendo, libros fiscales tollendo, Seniores, Directores & fiscales ex hac Academia relegando intermisimus. Licet autem inducias simulaverit hoc malum, minus tamen fuerunt fidæ, sed brevi post recruduit, & ut mali mores herbis citius crescunt irriguis, novas radices prioribus altiores egit. Numquid abjiciendus propterea nobis fuit animus? Nullatenus: Quin potius ad conservandam *in ves* boni publici nihil non tentandum, nihilque non ingrati licet & adversi subeundum nobis duximus. Quoties igitur de Nationibus, societatibus, factionibus, aut quocumque tandem nomine congressus isti vocandi sint, & rebus inibi gestis ad nos relatum fuit, diligenti & accuratâ desuper habitâ inquisitione, ad extirpandum hoc malum nihil operæ fecimus reliquum. Damnas hujus delicti cum etiam deprehenderetur

HENRICUS KRECKEN TULSITA BORUSSUS.

Quod nimirum Senior, vel Directot Polonicæ Nationis hætenus fuerit, quod collectas instituerit, quod juniores argento emunxerit, quod admonitionum gradus spreverit, & novis subinde querelis locum fecerit, arresto ipsum adstrinximus. Verum immemor juramenti sui arrestum deseruit, & fugâ de iis, quorum postulatus fuit, non parum suspectum se faciens, sibi prospexit. Quare cum vel sola desertio arresti secundum statuta nostra poenam relegationis secum vehat, ne dicamus, quod albo nigro delinquentium pridem fueris insertus, TE

HEINRICUM KRECKEN

ad quadriennium ab hac Academia relegamus, ne intra præscriptum tempus pedem in hunc locum inferas, nisi poenam exasperari velis, præcipientes. Hanc ipsam enim ob causam, quod immemor juramenti sui circa currentis anni exordium propter facinus aliquod tacitè relegatus ante dictum tempus sine permissu Magistratus in hunc locum reversus fuerit,

NICOLAUM FRIDERICUM MESETH CULMBACENSEM FRANCUM

Programmæ hoc publico ad biennium hinc relegamus, sub exclusionis poena, ne redeat ad vomitum & justo maturius in hoc loco se conspicere patiat, ipsi præcipientes. Ob delicta delictis atrocioribus cumulata, nec nisi fugâ & ad tot citationes publicas immorigeratione satis protervâ expiata, Te qq;

MATTHÆUM ENGLICKE STARGARDIA POMERANUM

ad biennium hinc exesse jubemus, ne intra tempus tibi definitum hæc sacra nostra tangas, nisi poenas majores proprio jumento tibi velis accersere, jubentes. In hæc exempla intueantur cæteri, juniores præsertim, quos ad platearum angulos suas stationes repetere nec non prætereuntes verbis & factis laceffere percipimus, His, ut ab ejusmodi congressibus abstineant, & rerum suarum satagant, nisi notati poenas exemplares dare velint, præsentibus mandamus. P.P. die VI. Aug. Anno MDC LIV.

97

26